Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Fiant tamquam pulvis ante faciem venti: et an
gelus domini coartans eos Fiat via illorum tenebre
et lubricum: et angelus domini persequens eos Quoniam
gratis abscondierunt mihi interitum laqueum suum:
super nature exprobraverunt animam meam Veniat si
li laqueus quem ignorat: et capiat quam abscondit
apprehendat eum: et in laqueo cadat et cadat
in ipso Anima autem mea exultabit in
domino: et delectabitur in salutari suo Omnia ossa mea
dicent: domine quis similis tui Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum et pauperem a diripientibus eum Surgentes testes iniqui: quae ignorabam interrogabant me Retribuebant mihi mala pro bonis:
sterilitatem anime mee Ego autem cum mihi molesti
essent induebar cilicio Humiliabam in ieiunio anima
mea: et oratio mea in sinu meo convertetur Quasi proximum quasi fratrem nostrum sic complacebam: qui luges
et contristatus sic humiliabar Et adversum me letati
sunt et convenerunt: congregati sunt super me flagella et
ignorabam Dissipati sunt nec compuncti tentaverunt me
illusserunt me illusione: frendentes super me
dentibus suis Domine quando respicies restitue animam meam
a malignitate eorum: a leonibus unicam meam Confi
tebor tibi in ecclesia magna in populo grauti laudabo te
Non super gaudeant mihi qui adversantur mihi inique:
qui oderunt me gratis et annuunt oculis Quoniam
quidem pacifice loquebantur: et in iracundia terre
loquentes dolos cogitabant Et dilataverunt super
me os suum: dixerunt euge euge viderunt oculi
nostri Vidisti domine ne sileas: domine ne discedas
a me Exurge et intende iudicio meo: deus meus et
dominus meus in causam meam Iudica me secundum iusti